

# THESES PHILOSOPHICÆ

---

CONS. INCL. COLL. PH. REG. AC. AB.

AUCTORE

EMMANUELE  
HYPPEN,

*Ph. Mag. D. V. M. & Coll. Sch. Cath. Ab.*

RESPONDENTE

ANDREA CAJALEN,

STIP. REG. AB. FENN.

*Publico Examini subjiçienda*


DIE **XI.** Aprilis A. R. S. MDCCLXXX.

L. H. C.

---

ABO Æ,

Impressit JOH. C. FRENCKELL, R. Acad. Typogr.



THES. I.

**N**otitia Linguarum Originalium V. & N. T. Theologo quam sit necessaria, verbis rite exprimi non potest.

Th. II.

Puncta vocalia, in Bibliis nostris Hebraicis etiamnum conspicua, literis sunt coæva adeoque diuinæ Auctoritatis.

Th. III.

Textus Hebr. a Judæis non est depravatus.

Th. IV.

Th. IV.

Sacrum N. F. textum continuo nexu primum cohæsisse, nec ab ipsis Evangelistis vel Apostolis in Capita & versus divisum, non sine ratione contendimus.

Th. V.

Dialectus sic dicta Poëtica, quam in pandectis N. I. se invenisse gloriantur plurimi, quum nulla unquam gens exstiterit Poëtica, pro mero figmento est habenda.

Th. VI.

Quisquis Gr. Scriptores N. F. satis intelligere ac rite interpretari velit, hunc Profanos Auctores Gr. solutæ præsertim Orationis; atque in his vel maxime Atticos sibi familiares reddere oportet.

Th. VII.

Linguam Originalem N. T. pure Græcam esse, contendere non veremur.

Th. II. X.

Authenticam dicti Johannei I. Ep. V. 7. validæ immo gravissimæ evincunt rationes.

Th. IX.

Magos post JESUM in Templo repræsentatum advenisse, existimamus.

Th. X.

Vocabulum *μῦθος* I. Tim. V. 17. non honorem sed præmium significare, putamus.

Th. XI.

Verbum *ἑρμηνεύω* Joh. V. 39 cum Syro interprete merito *imperative* accipimus.

Th. XII.

Th. XII.

Verba Pauli 2 Tim. IV. 17. proprie intelligenda esse arbitramur.

Th. XIII.

Athenas *καλειδων πολιν* Act. XVII. v. 16. ubi vocat Paulus, non modo Deastrorum cultui deditam, sed & eorundem Simulachris, Altaribusque refertam innuit, quorum spectant etiam spectata ab Apostolo per urbem deambulante *Σεβασματῶ των Αθηαιων* V. 23. cfr. 29.

Th. XIV.

Licet inscriptio aræ *Αγνωσῶ θεῶ* dicatæ V. 23, ansam dederit Apostolo, veri Dei cognitionem Atheniensibus inculcandi, hinc tamen nemo firmiter concluderit, Eidem vero Deo, obscuriori saltem traditione antehac cognito, positam Athenis fuisse & inscriptam hanc aram.

Th. XV.

Studium antiquitatis providentiam DEI illustrat & regulas prudentiæ subministrat optimas.

Th. XVI.

Regulos, ante Ochini in Svethiam adventum, exstitisse vero videtur simillimum.

Th. XVII.

Quæ nostro in Septentrione, Regulorum viguit tempore Regiminis forma, illam non multum ab ea, quæ hodie in Imperio assumpta est Romano-Germanico abluisse, si contenderimus, a vero nos propius abesse arbitramur.

Th. XVIII.

Quod Getæ iidem fuerint, qui postea Gothi nuncupantur, res adeo manifesta est, ut in dubium a nemine vocari debeat.

Th. XIX.

Th. XIX.

Runas in Svethia ante Othinum cognitatas fuisse, ut credamus, haud contemnendæ nos inducunt rationes.

Th. XX.

Metaphysicæ in Theologia usum maximum esse autumamus.

Th. XXI.

Pietas Christianorum, qui in prima ecclesia se obtulerunt cruciatibus, extremisque suppliciis, & alios ad idem faciendum incitarunt & perpulerunt, vituperium potius quam laudem meretur.

Th. XXII.

Errant quam maxime, qui Climata in ingenia influere statuunt.

Th. XXIII.

Libertatem mentis essentialem per peccatum,

tum, non esse sublatam, nobis est persvasissimum.

Th. XXIV.

Bellum utrimque justum dari non potest.

Th. XXV.

In Statu Naturali nihil impedit, quominus adversus impium aggressorem alter se cum cæde ejus defendere possit.

Th. XXVI.

Eloquentiam in Sacris peragendis, usum præstare eximum, res omnes inter est testatissima.

Th. XXVII.

Nihil Stultius esse vel fingi potest, quam DEum ignota colere lingua.

Tantum.

